

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2958

Auteur(s) : Hugues Wac [particulier]

Bénéficiaire(s) : Longues-sur-Mer, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de fondation de l'abbaye de Longues datée de 1168.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 323-325.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Baiocensis, n° XVIII, col. 83.
- c. Farcy Paul de, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, tome 1, Cerisy, Cordillon, Fontenay, Longues, Laval, Moreau, 1886-1888, Longues, p. 24-25.
- d. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 310, p. 392.

Texte établi d'après c

Universis sanctæ ecclesiæ filiis, Hugo Wac salutem in domino. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris me dedisse et in perpetuum elemosinam confirmasse ecclesiæ beatæ Mariæ de Longis quam ego ipse in abbatiam fundavi pro salute animarum patris et matris meæ et predecessorum meorum et pro remissione peccatorum meorum. Et pro animabus Bauduini filii Gilleberti et Emmæ filię ejus uxoris meæ et pro salute liberorum meorum Bauduini et Gaufridi et aliorum et omnium amicorum meorum vivorum et mortuorum, Locum ipsum in quo abbacia fundata est et duas garbas decimæ totius parrochiæ de Longis quas predecessores mei et ego habueramus in dominio. Preterea virgultum et mansuram quam ego emi de Hugone Rufo, ante portam abbatię et culturam meam de transversana. Et culturam meam de Louva integre. Et culturam de Faberillis. Et landam de Longis et molinum quem pater meus fecit. Et vivarium cum molta totius villæ de Longis. Concedo etiam quod si pauperes Christi monachi in predicta ecclesia Deo servientes voluerint facere molinum ad magnum vivarium habeant illum integre et quiete, Salva tamen mihi captura piscium. Ad hæc concedo eisdem decimam molini mei de Sancto Gabriele et decimam denariorum de censis. Et decimam molini de Rebercil et partem prati ante molinum. Et meam partem molini de Rouceta integre ad luminare ecclesiæ. Et acram terræ altaquam ad emendum incensum. Et apud Petitvillam XXX solidos de duabus garbis feodi mei. Et terram quam pater meus habuit in insula de Ghernerni. Et X libras ad vestimenta monachorum Singulis annis de camera mea donec ego aut heres meus in redditibus terrarum aut decimarum illas decem libras predictis fratribus stabiliat. Hoc autem factum est anno ab incarnatione domini M°. C°. LX°. VIII°, consilio et assensu venerabilis patris nostri Henrici Baiocensis episcopi in cujus manu omnia supradicta deposuimus et resignavimus nichil in omnibus istis retinendo terreni juris illius domini solam expectans remunerationem qui solus est remunerator omnium bonorum. Teste ipso Henrico episcopo, Hunfrido Bove, Thoma

archidiacono, Gautero fratre episcopi, Rogero de Arreio, Henrico succentore, Rogero Wac, Rannulfo de Longis, Rogero Brittone, Hamone Pincerna, Symone Capellano et aliis multis.